in hec verba. Nos frater Walterus commendator domorum Theuton. in Confluencia et in Colon. ceterique fratres domus theutonice sancte katerine in Colon. universis
presentes litteras inspecturis notum facimus et tenore presencium protestamur quod cum Thilemannus et hildegundis coniuges filia Drude de Lorethem cives Colon.
venditores piscium se et sua ac etiam domum in elemosinam contulissent reservato sibi et utrique eorum in solidum usufructu bonorum suorum dicto Th. viam
universe carnis ingresso dicta hildegundis se ad domum nostram transtulit in habitu beggine. Et nobiscum convenit quod nos concessimus sibi soli came
rulam sitam in domo nostra contiguam cimiterio nostro et hospitali. Et cum sororibus nostris comedet et bibet de cibariis secundum quod de domo nostra eisdem
sororibus ministratur. Et dabit nobis pro commedo annis singulis quatuor marcas Colon. denariorum et se vestiet de suo et habebit conversationem re
ligiosam et honestam, ita quod fratres deceat et sorores. Alioquin tam fratres quam sorores quoad mansionem et conversationem erunt ab ipsa penitus
[illegible] suum ad aliud locum se transferre ad morandum. Et vivet continenter. Ita quod si alicui nupserit matrim[illegible]